

## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente  
XI. editas

**Luxemburgi, 1739**

LXVI. Indulgentia plen. pro Ecclesiis Militum Crucis Crucigerorum in festo  
Exaltationis S. Crucis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

ANNO  
1706.

CLEMENS UNDECIMUS.

459

ANNO  
1706.  
in Provin-  
ciam Pol-  
oniae & Rus-  
iae , atque  
eius confir-  
matio ablu-  
xi facta.

Clausula.

preces effuderint , plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam , & remissionem misericorditer in Domino concedimus . Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituri s.

S. 2. Volumus autem , ut earumdem præsentium literarum transumptis , seu exemplis , etiam impressis , manu alicuius Notarii publici subscriptis , & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis , eadem prorsus fides ubique locorum habeatur , qua ipsi præsentibus habentur , si forent exhibita , vel offensa .

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XV. Junii MDCCVI. Pontificatus nostri Anno Sexto .

LXVI.

Conceditur Indulgentia plen. perp. pro Ecclesiis Ord. Militaris Crucigerorum cum rubea Stella in festo Exaltationis S. Crucis .

Inn. XII. Conf. ed. 1695. Jul. 23. P. 5. confirmata fuerunt privilegia. Et Bened. XIII. Conf. ed. 1724. Aug. 4. P. 1. extat translatio Indulgentia .

Dat. 28. Aug.  
1706. An. 6.

CLEMENS PAPA XI.

Universis Christifidelibus presentes literas inspeturis , Salutem , & Apostolicam Benedictionem .

Preces Magni  
Magistri.

Concessio  
præd. Indulg.

A D augendam fidelium Religionem , & animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti , ac supplicationibus dilecti filii moderni Magni Magistri Ordinis Militaris Crucigerorum cum rubea Stella per Bohemiam , Silesiam , Moraviam , & Poloniam , existent . sub regula Sancti Augustini nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati , omnibus , & singulis utrinque lexus Christifidelibus vere pœnitentibus , & confessis , ac Sacra Communione refectis , qui aliquam ex Ecclesiis dicti Ordinis in eisdem Regnis , & Provinciis existentibus die festo Exaltationis Sanctæ Crucis a primis Vesperis usque ad occasum solis festi hujusmodi singulis annis devote visitaverint , & ibi pro Christianorum Principum concordia , hæresum extirpatione , ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam , & remissionem misericorditer in Domino concedimus . Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituri s.

S. 1. Volumus autem , ut ipsarum præsentium literarum transumptis , seu exemplis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis , & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis , eadem prorsus fides ubique locorum tam in iudicio , quam extra illud habetur , qua habetur ipsi præsentibus , si forent exhibita , vel offensa .

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVIII. Augusti MDCCVI. Pontificatus nostri Anno Sexto .

LXVII.

Confirmatur Decretum Congregationis Episc. , & Reg. de servanda Constitutione Inn. XI. pro divisione Provinciae Poloniae Ordinis B. M. Montis Carmeli .

Laudata Conf. ed. fuit 1687. Jun. 27. Et Bened. XIII. Conf. ed. 1725. Jul. 21. P. 1. confirmatur decretum pro pace in Provincia Poloniae .

Dat. 9. Oct.  
1706. An. 6.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam .

Reservatur hu-  
jusmodi divi-

N Uper pro parte dilectorum filiorum Prioris Provincialis , Definitorum , ac Superiorum

Bullarii Romani Contin. Pars VI.

rum Provinciae Russie Sancti Josephi Ordinis Fratrum Beate Mariae de Monte Carmelo in Regno Polonie Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis , & consultationibus Episcoporum , & Regularium præposita exposto , quod cum Provincia Poloniae , qua omnes Conventus dicti Ordinis in illis paribus existentes comprehendebat , propter ejus amplitudinem ab uno Priore Provinciali quotannis , quinimo singulis trienniis commode , & ea , qua par erat , cura visitari non valueret , in Capitulo Generali ejusdem Ordinis tunc celebrato , hac , alisque rationibus mature perpenfis , decreto fuerat , eamdem Provinciam Poloniae in duas dividendam , unde bon. mem. Paulutius S. R. E. Presbyter Cardinalis de Alteris nuncupatus , dum vixit Ordinis prædicti apud Sanctam Sedem Apostolicam Protecto , in vim facultatis ei super hoc per Rescriptum fel. rec. Innocentii Papæ XI. Prædecessoris nostri attributæ per suum Decretum die 7. Junii 1687. editum divisionem Provinciae prædictæ in duas a se invicem distinctas Provincias fecerat , assignatis utrique earum suis respective Conventibus , & cum diversis ordinationibus earumdem Provinciarum statui , & utilitati , ac felici progressu congruentibus , quod quidem Decretum dictus Innocentius Prædecessor per quasdam suas desuper in simili forma Brevis die 27. eorumdem Mensis , & anni expeditas literas , toto illius tenore infero confirmaverat . Et in eadem expositione sub juncto , quod in novissimo Capitulo Generali Ordinis hujusmodi in Alma Urbe nostra celebrato tunc existentes Priores Provinciales Provinciarum Poloniae , & Russie sine consensu earumdem Provinciarum pro illarum reunione institerant ; Ipsi vero Exponentes renunciationi hujusmodi lese opposuerunt , & proinde dictas Innocentii Prædecessoris literas præfati Decreti Paulutii Cardinalis , & Protectoris confirmatorias etiam confirmari plurimum cupiebant : Emanavit a præfata Congregatione Cardinalium Decretum tenoris , qui sequitur , videlicet - Sacra Congregatio Eminentissimorum , & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis , & consultationibus Episcoporum , & Regularium præposita , auditio Patre Procuratore Generali Ordinis , referente Eminentissimo Elisco , censuit , ac decrevit , servandum esse enunciatum Breve , & imponendum perpetuum silentium , prout præsentis Decreti vigore servari mandat . Roma X. Septembris MDCCVI. -- G. Card. Carpineus - Ferdinandus Archiepiscopus Nicen. Secretarius .

S. 1. Cum autem , sicut dicti Exponentes Nobis subinde exponi fecerunt , ipsi Decretum hujusmodi , quo firmius subsistat , & servetur exactius Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent . Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus , & gratis prosequi volentes , & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis , suspensions , & interdicti , alisque Ecclesiasticis sententiis , censuris , & pœnis a jure , vel ab homine , quavis occasione , vel causa latet , si quibus quomodolibet innodata existunt , ad effectum præsentium dumtaxat consequendum , harum serie absolventes , & absolutas fore censentes , supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliiter porrectis inclinati , Decretum præ inseritum auctoritate Apostolica , tenore præsentium approbamus , & confirmamus , illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus , salvam tamen semper in præmissis auctoritate memorante Congregationis Cardinalium .

S. 2. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas , validas , & efficaces existere , & fore , siusque plenarios , & integros effectus sortiri , & obtinere , ac illis , ad quos spectat , & pro tempore quandcumque spectabit in omnibus , &

Causæ Con-  
greg. Episc. ,  
& Reg.

Decretum  
præd.

Præces Pro-  
vinciæ Rus-  
sie.

Confirmatio  
relati Decre-  
ti.

Clausula.

Qq 2

per